



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

20. Inventarium bonorum exempti coram quo Iudice faciendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

fi cetera moritur. l. De nobis C. de Episc. & Cleric. late Peck de testam. coniugum lib. 3. cap. 10 n. 5. vers. quid autem fol. 182. non transit in Monasterium. Bald. cap. in praesentia col. 4. de probas. Ergo arguendo à fictione ad veritatem, instantia cepta contra veterem mortuum transire non debet in Exemptum. Quia tantum operari debet casus verus in casu vero, quantum fictus in casu ficto. Praes. loco vs. fictionis & Peck. d. n. 5.

01 Quinto mutata personam mutatur actio, & expirat iudicium cap. 1 ubi Franc. & DD. de iure part. in 6. DD. d. l. si constante §. si bona, dixi infra quaest. 10. n. 3. Roland. Valle tract. de invento part. 2. q. 17. n. 7. & per tot. quia adventitia & nova acquisitione bona sumunt naturam privilegatorum, c. quia circa de privileg. Clem. 1. de decimis l. si filius ff. de iure fisci. Abb. cap. porro n. 1. vers. secundo potest de privileg. & finit dicitur in instantia causa civilis confiscatis bonis, quia talis instantia non transit in si cum. Marian. Socin. ad cap. cum venerabilis art. 10. n. 32. vers. 13. quia tali casu fisco cequitur esse haeres seu successor anomalus, secus vero si haeres institueretur, tum enim transiret in si cum instantia. Cast. d. §. si bona n. fin. fol. Matr. Rol. à Valle tract. de invento part. 2. quaest. 11. n. 7. & 8.

QVÆSTIO XX.

Inventarium coram quo conficiendum.

SUMMARIUM.

1. De iure auctoritate iudicis opus est in inventario.
 2. Subditus, si Exempto succedat, inventarium fiet auctoritate iudicis ordinarii.
 3. Hereditas adita non representat defunctum.
 4. Mutatione personam mutatur privilegium.
 5. Laicus si succedat Clerico, inventarium fiet coram iudice Laico.
 6. Clericus creditor citatur in confessione inventarii coram Laico.
 7. Dispositio Insuper, plenissime loquitur.
 8. In uerbis voluntaria jurisdictionis cessant exceptiones.
 9. Exemptus si succedat subdito, inventarium fieri debet coram ordinario.
 10. Quid si hereditas nondum sit adita.
- 3 Consuetudine invaluit ut in confessione inventarii requiratur iudicis auctoritas, quae de iure opus non erat opinione plurimorum ut interveniret. Castrens. l. fin. §. si autem dubius C. de iure deliber. Monticola tract. de inventario qu. 7. n. 12. fol. 64. Roland. à Valle eod. tract. par. 3. qu. incip. praesentia iudicis fol. 111. unde quaeritur, cujus iudicis auctoritate illud fieri debeat. Dicendum primum, si subditus seu non exemptus succedat exempto, quod inventarium bonorum fieri debeat auctoritate ordinarii iudicis. Ratio est, quia postquam hereditas exempti est adita, non representat amplius personam defuncti sed personam haereditis, l. 1. §. se vola ff. si quis testament. liber esse

esse iussit. *hareditas in inveni ff. de acq. rer. Dom. Chassan. ad consuet. Burgund. Rubr. 8. §. 13.* Ideoque mutatione personae mutatum est privilegium status & conditio rei. *l. per procuratorem ubi Barb. & DD. ff. de acq. haredit.* quemadmodum de iure Ecclesiae dicitur, quod si transit in privatum, perdit privilegium & officitur praescripibile. Item in imponendis collectis mutatam personam mutatur status rei, inspiciturque qualitas novi possessoris ac alia plurima in argumentum allata à Petro de Perutio in suo tractatu de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum. Item in hac disputationem trahi posset, utrum privatus succedens privilegiato, utatur privilegio cui non insistit, vide *DD. in l. sicut cum in privato ff. de iure sicut d. l. per procuratorem ubi DD. Baldus de prescript. in 5. partis princip. par. 1. quaest. 1. & seq.*

Secunda ratio, quia si Laicus succedat Clerico, inventarium fiet auctoritate iudicis Laici, *Guido 9. 261. Imbert. in situ Forens. li. 1. c. 24. glo. ver. videtur fol. 106. Ausser. de potest. Saculari super Ecclesiastic. person. Reg. 4. n. 3. vers. ad id quod.* Nam mutatione personae bona quae erant affecta privilegio Clericali, defecerunt esse Ecclesiastica, & conditionem haredis Laici sequuntur. *Barb. d. l. per Procuratorem Roland. à Valle tract. de iur. in inventario par. 2. q. 17. per tot. Confirmatur, quia si Clericus creditor in confectioe inventarii debitoris Laici citetur coram iudice Laico, tenebitur comparere. Apostil. la ad Bald. c. vasallus n. 1. in verb. intelligi de investitura, in maritum facta. Anto. in l. non tantum §. senatus consulto ff. de fideicom. libert. l. 1. §. hac stipulatio ubi Ang. ff. si cui plus quam per l. Falcid.*

Tertia, quia dispositio Iustiniani plenissime loquitur, omnesque comprehendit. *§. sancimus §. pen. Auth. de hared. & Falcid. Vitalis tract. de clausulis vers. nil novari in inventario 17. n. 26. fol. 177.* tenuimus autem lege aut dispositione generali comprehendimus exemptos. *lib. 1. cap. 5. n. 7. & 10.*

Quarta, quia in actibus voluntariae iurisdictionis ut est inventarii confectio, cessant iura exemptionum. *Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 42. n. 11. & late supra li. 1. c. 46. vers. pro affirmativa citationes enim in confectioe inventarii vim tantum habent monitionis seu denunciationis extrajudicialis. DD. l. consentaneum & Auth. qui semel C. quomodo & quando iudex, Monticola tract. de inventario 9. 7. n. 19. & 20.*

Dico secundò, si Exemptus succedat non exempto, inventarium quoque faciendum coram ordinario. Ratio est, quia illum esse voluntariae iurisdictionis diximus supra. Si vero inventarium revocaretur in causam & contentiosam iurisdictionem, tum ordinarius se intermiscere non poterit, sed exemptioni & declinatoriae erit locus. *Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 42. n. 11. & seqq. Monticola d. quaest. 7. n. 20. l. omnes ubi Bald. & Salic. C. de Epsc. & Cler. DD. d. c. si diligenti. Angelus & Corneus tamen tutius censent in materia clericorum, si hac in re Ecclesiasticus iudex audeat. Ang. d. l. 1. §. hac stipulatio ff. si enim plus quam per l. Falcid. Corneus ad l. fin. §. si autem dubius verb. ceteris omnique C. de iure deliberandi, Monticola d. quaest. 7. quod ego etiam in materia*

tertia exemptorum censuerim, tunc ex analogia de qua hactenus frequenter egimus, tum quod bona conditionem personarum exemptarum ad quam iure successione devoluta sunt sequantur, qua de re aliquid infra notavimus lib. 4. quæst. 72. n. 3.

¶ Quid vero si hæreditas non sit adita, quæ tamdiu personam defuncti repræsentat, ut inquit Gail. lib. 2. obs. 130. n. 10. Guido d. quæst. 261. uberioris est disquisitionis

Q U E S T I O XXI.

Finite Exemptione an conveniri quis possit coram ordinario de gestis tempore exemptionis?

S U M M A R I U M.

1. Scholares & mercatores retinent privilegium finito tempore.
2. Ratio legis est pro lege.
3. 4. Coram quo conveniantur exempti de gestis ante exemptionem.

Videtur respondendum negative, idque arguendo à scholaribus qui privilegium forti retinent finito studio in negotiis tempore studii gestis, Item à Mercatoribus aliisque similibus personis. *Castrensis l. unica C. ubi de Rationibus per tot.* Idque ex identitate de qua diximus alibi lib. 1. cap. 4. 5.

Nec videtur opus hic aliqua lege. Ratio enim legis in simili pro lege habetur. *l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tutor. l. cum ratio de bon. damnat. d. d. te preses in locis legalib. loco à cessante lege post med.* Unde (inquit Aristoteles) querere legem ubi adest ratio, nihil aliud est quam infirmitas intellectus. *Arist. relatum per Curt. Jun. cons. 58. n. 6. conf. 138. n. 2. conf. 74. n. 29. preses loca ab identitate rationis. Roland. tract. de Inventario par. 3. q. omittendum n. 5. §. seq. fol. 102. Ang. cons. 367. Tho. Grammatic. conf. 29. n. 41.* Præterea idem in Clerico responsum est, qui deposito Clericatu de antea gestis non conveniatur coram Sæculari sed Ecclesiastico iudice, cui rei gesta tempore subiciebatur. *Berachin. tract. de Episcopo par. 5. n. 50. Bald. l. affinitatis C. de omnibus de successione. Abb. c. unico de obligatis ad rationem vide supra eodem libro questione 16. sub finem.* Quæ ratio tamen an in præjudicium jurisdictionis ordinariæ quæ est valde favorabilis *l. 1. c. 4. n. 19.* sustineri possint in Exemptis, non absque ratione disputari potest, mutatione enim personæ & qualitate eius mutatur & actio, vide supra eod. q. 20. n. 4.

¶ Quid autem è contra coram quo conveniantur exempti, de eo quod fecerunt aut contraxerunt ante exemptionem, colligi potest ex traditis variis in locis per Doctores. *not. Barth. Auth. gress. C. de Sacros. Barth. l. non solum §. sunt autem ff. de excusat. tut. §. in l. pen. ff. si ess. noxalis causa §. in l. 1. ff. de penis.*

Q. V. A.